Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Oculi mei semper ad dnm quia ipse euellet de laqueo pedes meos: respice in me et miserere mei quoniam vnicus et pauper sum ego ℣ Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam ℣ Gloria uelum ℣ Oro: Omps deus qui humilium respice atq; ad defensionem nra dexteram tue maiestatis extende. Per

Epla Ad ephesios:

Fratres. Estote imitatores dei: sicut filij carissimi. Et ambulate in dilectione: sicut et xps dilexit nos: et tradidit semetipm pro nobis oblationem et hostiam deo: in odorem suauitatis. Fornicatio autem et omis immundicia aut auaritia nec nominetur in vobis: sicut decet sanctos: aut turpitudo: aut stultiloquium: aut scurilitas q ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc autem scito intelligentes q omis fornicator aut immundus: aut auarus qd est idolorum seruitus: nõ habet hereditatem in regno xpi et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hec enim venit ira dei